

Capitulū .ij.

Solu. Qui solutio est
Q^d sunt nouem
gñalia. ad q̄ oia
necēaria reduci pñt

- iii **Lēp⁹** cēlebrādi congruū
- iiii **M**aterialia ad ornatū v^t
pgruentiā celebrationis
oportuna. vt vestes. vasa
et cetera huiusmodi.
- v **C**eremonie indicendis &
sgendis consuete.
- vi **M**ateria ad psecrādū ap
ta. scz panis et vinū
- vij **F**orma consecrationis
vtriusqz debita.
- viii **N**oticia intēōis ac rōis
eoz q̄ in missa dicuntur
- ix **I**ntelligentia rōis & sig
nificationis eoz q̄ in mis
sa & circa eam aguntur

¶ Circa hec. que dubia ac difficultates sepius ob
uiunt sacerdotib⁹ missas celebraturis aut celebrā
tib⁹. per. ix. sequētia capitula illucidabitur.

¶ Capitulū secundū de dubijs occurrētib⁹
bus circa ministrū siue personam ad cele
brādū idoneam quinqz includēs articulos

Arti. i. **S**ex dubia resoluens circa ministrum cele
braturum ratione ordinis et officij sui execu
tionis occurrentia.

- i **Q**uis sit minister idone⁹ ad celebrādū & cō
ficiendū siue psecrādū corp⁹ & sanguinē xp̄i.

Capitulu .ij.

Solu^o

Solus sacerdos rite ordinatus.

¶ Verum ille qui credit se rite esse ordinatus et tamen nō est rite ordinatus. conficiat hoc sacramentum.

Solu^o

De hoc nō habetur certitudo. pie tñ credi p̄t q̄ cōficiat virtute ecclē. et q̄ summ⁹ sacerdos suppleat defectū. et q̄ non permittat periculū imminere ecclesie et eam decipi

Dubiū iii

Quid agendum Si quis post inceptam missam habeat conscientiam q̄ non sit sacerdos rite ordinatus.

Solu^o

Si hoc contingat ante consecrationem. tunc dimittat missam imperfectam. aut conscientiam deponat.

Si post p̄secrationē p̄cedat. et postea superiorē suū accedat et casum ei exponat

Dubiū iiii

¶ Itz heretic⁹. scismatic⁹. degradatus. infamis. irregularis. exco^o catus. interdict⁹. vel suspensus. possit conficere hoc sacramentum. et ordinate celebrare.

Solu.

Quilibet istoz potest conficere. sed nō debet. qz conficiendo peccat Et ita nullus ipsorum potest ordinate celebrare

v

Quid agendum sit. si quis post missam inceptam recorder se esse exco^o catum. de quo prius non habuit memoriam.

Solu.

Si contingat hoc ante consecrationem tutius est vt missam desec^o

b ij

Capitulum .ij.

rat. nisi graue scandalū timeatur.

Si vero post consecrationem. assumat propositum humiliter petendi absolutionem et satisfaciendi. et procedat in missa celebratione

vi **Q**uid agendum si quis post missam inceptam hēat remorsum de irregularitate.

Solu.

Si fiat ante psecrationem tutius est q̄ missam deserat. **S**i post consecrationem. doleat et proponat atq; conetur facere quod in se est et procedat.

Ar. ij.

Resoluens vi. dubia que incidunt circa dispositionem corporis ipsius ministri.

i **Q**trum sacerdos mutus vel loquela priuatus possit consecrare seu conficere hoc sacramentum.

Solu.

Non. **O**portet em̄ conficientem habere facultatem sermonis siue loquela. quaz si amiserit post susceptum ordinem. conficere non potest verba consecrationis et alia proferenda vel dicenda dicere.

ij **Q**trum habens aliquem alium defectum in corpore. possit missam celebrare.

Si hz aliquē defectū q̄ reddit eū inhabilē aut impotentē ad dicēdū vel faciendū ea q̄ ad debitā celebrationē exigunt. vt puta si careat visu. v̄l digitis q̄b⁹ tractare leuare v̄l frangi bz hostia. **V**el si hz aliū defectū notabilem. qui secundū iudiciū plari sui ordinarij generet scandalum si celebret. nō p̄

Capitulum .ij.

test celebrare. quibus possit alia que sunt sacerdotibus ordinis exercere missam.

Solu. **iiij** **U**trum leprosus possit celebrare missam
Si non sit factus impotens per corrosionem membrorum potest celebrare in occulto.
Coram alijs tamen leprosis potest etiam in publico celebrare.

Dubiū iiij **U**trum patiens morbum caducū possit celebrare

Solu. **S**i cadat frequenter. vel emittat spumam aut vocem profusam non potest. **S**i vero raro cadat nec emittat spumam etc. potest dum non habeat coadiutorem sacerdotem
Utrum patiens fluxum sanguinis vel (dotem seminis liceat celebrare.

Solu. **L**icet. nisi aliud impedimentum obstet
Si quis talem fluxum sanguinis patiatur. ut suscepta in stomachum statim per secesum emittat. celebrare non debet.

vj **U**trum pollutus pollutione nocturna. possit licite
Solu? **P**ollutio nocturna quibus habet se celebrare considerata non sit peccatum ex eo quod absque usu liberi arbitrii contingit. tamen ratione sue cause habet quicquid peccatum annexum. et est effectus vel signum. **P**ro primo consideranda est pollutionis nocturne causa.
Que triplex esse potest.

Prima est extrinseca spiritalis scilicet demonum illusio. que quicquid provenit ex precedenti negligentia preparationis ad devotionem prefertim cum quis ad dormiendum accedit. quod est effectus peccati vel mentis

Capitulū .ij.

le vel veniale. **Q**uāqz nō puenit ex sola neq̃
tia demonum volentiū impedire hōiem a
sumptione hui⁹ sacramēti. **S**cda causa ē
intrinseca spūalis. scz cogitatio precedēs lasci
ua. que qñqz est ex cōcupiscētia et delectati
one. vbi si assit cōsensus. erit pctm mortale.
Si autē desit. erit veniale. Quādoqz aut po
test esse sine omni pctō vt cū aliq̃s causa lec
tionis vel disputatōis cogitur de talib⁹ cogi
tare. **E**t si hoc fiat sine cōcupiscētia ⁊ delecta
tione. nō erit cogitatio immūda. sed honesta
ex qua tñ pollutio sequi potest. **T**ercia cā
est intrinseca et corpālis. videlicet supfluitas
vʹ debilitas nature. aut supfluitas cibi vʹ po
t⁹. q̃ qñqz est cū pctō vʹ mortali vʹ veniali. vʹ
cū puenit ex supfluitate cibi vel pot⁹. **Q**uāqz
aut est sine pctō. vt cū puenit. ex infirmitate
nature. **S**i igit pollutio ex aliqua dictarū
cāz ptingat put est cū pctō mortali. n̄ lz pol
luto celebrare nisi p⁹ viginti q̃tuor horas. **S**i
nō accidat ex aliq̃ illarū cāz fm q̃ ē sine pctō
vel solū cū veniali pctō p̄t pollut⁹ licite cele
brare. **V**erūtñ si pp̄ reuentiā abstinēat laudā
dus ē. nisi necessitas vʹ vitatio scādali vigeat. **V**e
rū qz nō sp̄ de facili pōt p̄cipi ex quali cā pueniat.
Ideo in dubio tuti⁹ est abstinere. nisi vrgēs neces
sitas incumbat. vel deuotio specialis instiget aut
alias nulla iñdispositio debite reuerentie obuiās

Capitulū. ij.

assit **I**ta sciendum videtur de pollutione nocturna. siue in somno siue in vigilia sania tur. Nisi quis post euigilationem habeat cōsensu deliberato complacentiam in delectatione. et precipue cum appetitu futuri opis in quo casu tutius abstinetur.

Arti. i.

Resoluēs. x. dubia emergētia circa habitudinem mētis ipsi⁹ mīstri celebraturi. quātū ad intentionē. vñm rōnis. culpam et gratiam.

i

Solu.

Utrū ad p̄ficiendū hoc sacramentū et celebrandum requiratur intentio ministri.

Cum ad p̄fectionē cuiuslibet sacri req̄rat̄ intēctio mīstri. eo q̄ p̄fectio illa fit p̄ actū hūanū a voluntate p̄cedētē. q̄ p̄ intēctionē dectat̄ et sp̄cificat̄ p̄stat q̄ maxie ad p̄ficiendū et celebrandū h̄ excellētissimū sacm̄ exigit̄ intentio mīstri. Dñi et q̄dā glo. sup̄ Math. d̄t. Quātū intēctio tm̄ fac̄. Que deat̄ eē intēctio sacerdot̄. siue q̄d debeat intēdere sacerdos p̄secrare volens.

Solu⁹

In omnibus sacerdos debet intentionē suā am p̄formare intēctioni ecclesie. hoc ē. q̄ intēdat illud facere q̄d ecclesia intendit et facit. cuius ipse in huiōi est minister. Intendit at̄ ecclesia facere quod christus fecit. Crist⁹ vñ trāssubstantiauit panē in corp⁹ suū et vinū in sanguinē p̄ vba consecrationis. hoc etiam debet intendere sacerdos

Dubiū

iiij

Qualis intentio circa prolationem verō

Capitulum .ij.

Solu.

hoy psecratiōis necessario requirāt. **I**n .s.sp actualis exigatur. vel aliqua alia sufficiat. **I**ntentio actualis nō necessario reqrit. **I**ntentio autē vtualis semp necessaria est. **D**icit autē intentio vtualis. cū quis pri⁹ habuit actualē intentionē cōsecrādi. et ex illa motus est ad psecrandū. posito q^d actualiter non cogitet qñ verba cōsecrationis pfert. virtualiter em̄ manet intentio prima. et hoc sufficit. nisi cōtraria intentio subsequat. **C**urūpta men studiose curare debet sacerdos vt etiam actualē intentionēz adhibeat. alioquin timentū est q^d a pctō non excusetur.

iiij

Utrū sacerdos furiosus. lunatic⁹. vel alia ex causa vsu rōnis priuatus. possit cōficere hoc sacramentum et licite celebrare

Solu.

Quia ad consecrationem huius sacramenti requiritur intentio ministri. vt circa resolutionem primi dubij huius articuli patet. exigitur etiam ad celebrationem deuotio et suipsius examinatio. vt infra bicetur. **I**deo si quis ita vsu rationis quātūq³ ex causa sit priuatus vt nunq³ hec habere possit. neq³ cōficere potest neq³ celebrare. **S**i vero raro vsu rōnis priuetur et illo frequenter vtatur neq³ obstat aliud impedimentūz cōficere quidem potest eoipso et celebrare. dūmodo habeat coadiutorem sacerdotem.

Capitulum .ij.

Dubiū .v.
Solu.

Utrum demoniacus possit celebrare
Si fuerit ex toto liberatus. pōt celebrare. ali
as nō potest. qđ per experimentiā pbari pōt
Est autem tēpus p̄bationis arbitrarium
iuxta discretionē prelati. pensatis circūstan
tijs p̄sone vel dignitatis vel alijs huius modi
Utrum existens in peccato mortali possit cons
ficere hoc sacramentū. & licite celebrare.

Dubiū .vi.

Solu.

Conficere potest. sed non debet. qz p̄secrādo
peccat mortaliter. **U**n̄ & cū celebrat. duo pctā
mortalia distincta p̄mittit. **U**nū. qz indigne
consecrat. **A**liud. quia indigne sumit.

vij **U**trum celebraturus teneatur esse certus.
qz non sit in peccato mortali

Solu.

Triplex inuenitur certitudo **Q**uedam sup̄na
turalis. que p̄ solam diuinā reuelationē ha
bet. et talis hic nō requirit̄. **A**lia est natu
ralis. qua quis p̄ sensum vel intellectū euidē
ter certus est de aliquo. & illa etiā hic non est
necessaria. **T**ercia ē moralis siue civilis q̄
nec habet ex reuelatione diuina. nec ex eui
dētia rei. sed ex probabilibus cōiecturis ma
gis ad vnā partē q̄ ad alterā inclinātib⁹. & ab
istā tenet celebratur⁹ in p̄posito dubio. vt vi
delz p⁹ diligētē et sufficiētē p̄scie discussionē.
de qua infra cap̄lo. vi. articulo j⁹ tractabitur
cert⁹ sit modo p̄dicto. se non esse in peccato
mortali. et hec certitudo hic etiā sufficit.

Capitulū .ij.

Dubiū viij Quid sentiendum de eo qui licet non sit in peccato mortali. tamen secundū conscientiam scrupulosam estimat se esse.

Solu. Talis debet vel conscientiam scrupulosam deponere. vel a celebratione abstinere.

ix Quid agendū Si sacerdos postquā vel missam incepit vel ad incipiendū est ppar⁹. recordetur peccati mortalis de quo nō est confessus

Solu. Debz penitere cū pposito pfitēdi ⁊ satisfaciēdi et si habere possit pfessorē. statim pfitēat. Nisi hoc absqz graui scandalo fieri non possit.

Dubiū x Utrum perpetrans peccatum luxurie et statim post hoc penitens et confitens. possit licite eodem die celebrare.

Solu. Non licet. sed abstinere debet ad minus per vigintiquatuor horas. vt sup̄ dictū est. articulo. ij. de polluto pollutione nocturna.

Ar. iij Resoluēs. vij. dubia. q̄ occurrūt circa ieiuniū sobrietatem ⁊ somnum ministri celebraturi

Dubiū i Dtz sacdos nō ieiun⁹ possit pficē ⁊ celebraē

Solu. Duplex ē ieiuniū. Vnū ē ecclē. quo. s. q̄s vnā cōmestione vni⁹ diei nō trāsgredit̄. et h̄ nō solū p sumptionē medicine vel aliorū q̄ nō nutriūt. dūmō in pua quātitate sumant̄ Tale ieiuniū non sufficit celebrāti. Aliud est ieiuniū nature. qd̄ est p̄uatio cuiuscūqz suscep̄ti in stomochū. vel viā ad stomachum p modum cibi vel potus sine nutriat siue nō. vel

Capitulū .ij.

per se vel cum alijs. **S**uscepti dicim⁹. a principio dici a quo q̄s d̄ie ieiun⁹. hoc ē a media nocte. **E**t tale ieiuniū requirit⁹ ad celebrātes. **Q**uā si q̄s nō sit hoc mō ieiun⁹. q̄uis posset perficere ⁊ celebrare. tñ nō debet q̄ grauit⁹ peccaret. **E**t ideo cū q̄s ē plures missas eodez die celebratur⁹. nō d̄z sumere ablutiōis vinū nisi in vltima missa. vt inferi⁹ circa resolutionē nē vltimi dubij. arti. v. hui⁹ capituli dicitur.

ij

Solu.

Si recordetur ante consecrationem. tutius est q̄ cesset. nisi graue scandalum timeatur. **S**i post consecrationem. procedat et perficiat. non obstāte q̄ non sit ieiun⁹. quia preceptū de pfectione sacramenti maius est. q̄ preceptū q̄ a ieiunus sumatur.

iiij

Solu.

Quā trāsgluties reliq̄as que p̄ comestionez in ore remanserūt. possit celebrare.

Si casualiter trāsglutianf. non impediūt celebrationem. q̄ nō trāsciunt⁹ per modū cibi vel pot⁹ sed saluie. cui permiscetur. **S**i vero studiose id fiat astinendum est.

Dubij. iiij

Quid si quis gargarizando vel os mutādo parum aque aut vini trāsglutiat.

Solu.

Sicut in dubio precedenti.

v

Si quis tarda hora comederit vel biberit et nōdū digesserit. vtrū illiceat celebrare.

Capitulum .ij.

Solu. Si ex hoc non reddatur multum indispositus ad debite celebrandum. licet

¶ Si vero ex hoc multum perturbetur et indisponatur. tutius est vt abstineat. Unde dicit glosa. circa cano. **Nihil.** vij. q. i. **¶** Si q̄s etiam ante medium noctis comederit. et adhuc sentiat eructationes quia cibus non est digestus. quam diu sentiet cibum. abstinabit a celebratione.

Dubiū vi **¶** Utrum paciens vomitum vel iam passus licite celebrare possit.

Solu. Si quis ex infirmitate sustineat illam passionem. abstinere debet quousqz sanct̃.

Solu. vij Quid si p totam noctem non dormiuerit Sicut in precedenti dubio Dicit em̃ glosa in .c. Si p̄stiterit. de accu. de vinolento q̄ in tabna p̄noctauit et altera die nulla p̄missa dormitione celebrauit. q̄ non videt̃ ieiunus sed pransus celebrasse. propter indigestionē. Et glo. circa can. sacramenta de cōse. di. i. **Ieiunium** inquit dico celebrata digestionē.

Articu. v **¶** Resoluens v. dubia circa celebrationis abstinentiā eius dēqz frequētiā occurrentia.

Sol. i **¶** Utrum liceat sacerdoti oīno a celebratōe abstinere Si sacerdos p̄ sententiam ecclesie sit ordinis executione priuatus. vel ex debilitate. aut ex ḡritudine factus sit impotens vel inept⁹ ad celebrandum. tunc non tenet̃ celebrare

Capitulum .ij.

Si vero nō sit priuat⁹ ptāte celebrādi aut alias fact⁹ impotens vel inept⁹. tūc non licet omnino abstinere, quin saltem teneri videatur ad celebrandum in precipuis festis. Et maxime in illis diebus in quibus fideles cōmunicare consueuerunt.

Solu. ^{ij} **Q**uātrū expediat sacerdoti vt frēq̃nter celebret
Si frequenter sit ad celebrandū dispositus, expedit vt frequenter celebret. **G**ratissimū em̃ sacrificium illud est dño. ⁊ magnas atqz inenarrabiles hoc sacrm̃ virtutes habet. Ideo putile est frequenter celebrare et sumere. vt fruct⁹ eius sepi⁹ ac frequenti⁹ p̃cipiatur

Solu. ^{iiij} **Q**uātrū liceat alicui quotidie celebrare.

Circa vsum hui⁹ sacramēti ex parte celebrātis et sumētis duo requirunt. Primum est desiderii coniunctionis ad Christū. quod fit per amorem. Primum istoz incitat ad quotidianā hui⁹ sacramenti frequētationē. Secundū vero retrahit. **Q**uoniam si quis experimētaliter cognouerit ex quotidiana celebratione feruorē amoris augeri et reuerentiā nō minui. talis quotidie celebret. Si q̃s autē senserit p̃ quotidianā frequētationē reuerentiā minui ⁊ feruorē non multū augeri. ille interdum abstineat, vt cum maiori reuerentia et deuotione postea celebret.

Solu. ^{iiij} **Q**uātrū quis sic dispositus vt laudabiliter

Capitulum .ij.

Solu.

possit celebrare. et possit etiam laudabiliter propter sacramenti reuerentia abstinere. melius ac laudabilius faciat a celebratione abstinendo quam celebrando

In tali casu. melius salubrius et laudabilius est vt celebret quam abstineat. Nam ex celebratione multos fructus huius sacramenti percipere potest. vt patet ex resolutione secundi dubij precedentis. quibus abstinendo priuatur. **C**elebratio preterea ex caritate precebit. abstinētio vero ex timore. vt patet ex resolutione tertiij dubij.

Caritas aut timori prefertur. Nec validus est quod abstinēs se putat postea melius fore dispositum. quia fieri potest vt minus fiat dispositus. **I**ncertum est etiā si vnquam deinceps sit celebraturus. **S**tat etiam quod celebrando assequatur aliquā gratiam specialem. quam abstinendo non contingit nec vnquam fortassis recuperabit.

**Dubiū^v
Solu.**

Potest licet alicui plures missas vno die celebrare. **I**n die natiuitatis domini potest quis tres. Cre. missas celebrare. vt habet. de ce. misse. solum isti. **A**ddunt doctores quatuor casus necessitatis. in quibus potest quis duas celebrare. **P**rimus est cum in die festo occurrit necessitas. vt preter missam dici dicatur missa pro defunctis. **S**ecundus casus est cum necessitas infirmorum exigit vt viaticum pro eis consecret. **T**ercius casus est cum super

Capitulum .iiij.

ueniunt peregrini. aut occurrunt nuptie celebratione erigentes. ¶ **Quartus** casus est. cum propter defectum sacerdotum vel paupertatem ecclesiarum. vni sacerdoti plures ecclesie commendantur. Alias non licet nisi vnicam in die missam celebrare. Et habet de consue. di. i. Sufficit. ¶ **Poc** autem cauendum est cum quis plures missas vult celebrare. ne ablutionem sumat nisi in vltima. vt sic ieiunium permaneat et celebret.

¶ **Capitulum** tercium de dubijs circa locum celebrationis occurrentibus. duos continet articulos

Arti. i.

Resoluens. v. dubia circa locum celebrandi communem videlicet ecclesiam incidentia.

¶ **Quis** sit locus communis. debitus et conueniens ad celebrandum missam.

Regulariter sola ecclesia consecrata.

Solu. ii

¶ **Utrum** ne quis possit licite quandoque extra ecclesiam celebrare de licentia episcopi vel superioris. dum non habent necessaria ad celebrationem requisita

Solu. iii

¶ **Quid** si in regione aliqua non inueniatur ecclesia consecrata. propter destructionem ecclesiarum vel si quis sit in itinere et praesertim in navi ubi non possunt habere ecclesiam vel constitutus in exercitu honesto. vel in alio consimili occurrente casu. ¶ **Utrum** ne quis possit alibi quam in ecclesia celebrare etiam sine licentia episcopi.

Dubium